



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

worinnen enthalten, was vom Monath October Anno 1645. biß in den Monath Martium Ann. 1646. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1734

VD18 90103106

§.XI. Die Frantzosen wollen nicht auf die Türcken-Gefahr reflectiren.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51672)

1646.
Febr.

ferventi zelo adhortari velint, quo tandem vel communis respectu periculi, injustis & iniquissimis suis postulatis desistant, terrasque & ditiones ad Domum Austriacam, innocentes Pupillos, aliosque Imperii Status spectantes, Armorum violentia porro non amplius premant, sed potius debita & Christianis legibus convenienti restitutione, Pacis conclusionem promovendi atque ad finem perducere sinant.

Quodsi enim diutius tergiversari pergant, causam sane habemus justissimam, casu, quo Cæsarea Majestas denegata sibi Pace, fines limitaneos contra violentiam Turcici exercitus sufficienter defendere, transitumque prohibere nequiret, coram DEO totoque Orbe Christiano, emisissis in publicum literis, protestandi, quod tantæ jacturæ ac irreparabilis damni causa, nemini, præterquam iis solis, qui Suae Majestati necessaria defensionis media cum tanta injustitia eripuerunt, ac Terras istas antemurales Christianitatis, ipsimet ferro & igne in hodiernum usque diem devastare pergunt, adscribi debeat.

Dolendum profecto est, cum inter Reges olim Galliarum, LUDOVICUS ille Primus, omnes Regni sui vires contra infideles eduxerit, ac inter cætera insigne documentum hoc, PHILIPPO Filio suo dederit, ne Terras ad alium spectantes violenter retineret, sed justo Domino restitueret, referente JOINVILLIO in Vita ejus, armis duorum Ludovicorum XIII. & XIV. rem Christianam eo deduci, ut ereptis præter Jus & fas alienis Provinciis, Christiani nominis jurato hosti, justus ad resistendum exercitus, à summo Christiani Orbis Principe, opponi nequeat, sed omnia præsentissimo periculo, imo fatali excidio, exponenda esse videantur.

Cogitare sane deberent omnes, quotquot hujus rei culpam habent, gravissimam hinc Domino rationem aliquando reddendam fore.

Possimus equidem hæc omnia pluribus explicare, sed cum apud prudentissimos Mediatorenses versemur, in leges modestiæ peccaremus, si longiori oratione eorum patientia vellemus abuti, sufficiat nostram repetiisse postulationem, ut Plenipotentiaris Gallicis justam nostram querelam bene inculcent ac demonstrent, quorsum tandem justus dolor Sacram Cæsaream Majestatem impellere possit ac debeat.

§. XI.

Die Frankosen wollen nicht auf die Türken-Gefahr reflectiren.

Die Mediatorensen ermangelten nun zwar nicht, solches alles ganz umständlich, den Frankosen vorzutragen. Diese aber befragten selbige, nach einer unter sich genommenen Abrede, ob der geschene Vortrag, so viel als eine ordentliche Protestation bedeuten solle; und, als die Mediatorensen mit Nein beantwortet, jedoch dabei vermeldeten, daß es endlich dahin kommen möchte, im Fall keine bessere Conditiones von Seiten der Krone Frankreich admittiret werden wollten, daß der Kayser solches per Modum publicæ Protestationis der ganzen Christlichen und erbaren Welt bekandt machen würde; So sagten die Frankosen, die Schuld läge an ihnen nicht, sondern an den Kayserlichen, welche bißhero nichts weiter mit ihnen tractiret hätten: wann diese sich etwas näher her-

aus ließen, alsdann wollten sie auch ihres Orts näher treten. Und als hiernächst die Mediatorensen von einem Armistitio Erwähnung thaten, mit der Vorstellung, daß, wann auch etwa nur auf 7. oder 8. Monat lang, ein Waffenstillstand beliebt würde, inzwischen die obschwebende Differenzien, desto ruhiger abgethan, auch der Türke selbst, dadurch bewogen werden könnte, seine Waffen mit weniger Hitze zu führen; so erwiederten die Frankosen, daß deswegen zu Osnabrück vielleicht dürfte gehandelt, und mit den Schweden die Sache überlegt werden. Daß also vor dißmahl, die, von der Türkischen Gefahr hergenommene Ursache, bessere Conditiones von Frankreich dadurch zu erlangen, nicht anreichen wollte.

G 8 8 8 3

§. XII.